Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AD ROMA

filii eius multomagis reconciliati
salui erimus in uita ipsius. Non
solum autem sed et gloriamur in
deo per dominum nostrum iheshum x̄
per quem nunc reconciliationem ac
cepimus. Propterea sicut per unum
hominem peccatum in hunc mun
dum intrauit. et per peccatum mors. ita
et in omnes homines mors per
transiit in quo omnes peccauer
unt. Usque ad legem enim peccatum
erat in mundo. sed peccatum autem non
imputabatur cum lex non esset. sed
regnauit mors ab adam usque ad
moysen. etiam in eos qui non pec
cauerunt in similitudine preuari
cationis ade. qui est forma futuri.
Sed non sicut delictum ita et donum.
Si enim unus delicto multi mortui
sunt. multomagis gratia dei et
donum in gratia unius hominis
iheshu cristi in plures habundauit
et non sicut per unum peccatum. ita
et donum. Iudicium quidem
ex uno in condempnationem. gra
autem ex multis delictis in iustifica
tionem uite. Si enim unius delic
to mors regnauit per unum homi
nem. multo magis habundantiam
gratie et iustitie et donationis ac
cipientes in uitam eternam reg
nabunt per unum iheshum cristum
Igitur sicut per unum delictum in
omnes homines in condempnati
onem sic per unum iustitiam in om
nes homines in iustificationem
uite. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores consti
tuti sunt multi. ita et per unum obe
dientiam iusti constituentur multi
Lex autem subintrauit ut habunda
ret delictum. ubi autem habundauit de
lictum superhabundauit et gratia. ut
sicut peccatum regnauit in morte
ita et gratia regnet per iusticiam in
uitam eternam per iheshum cristum
dominum nostrum. VI

Quid ergo dicemus. Permane
bimus in peccato ut gratia
habundet. Absit. Si enim mor
tui sumus peccato. quomodo ad huc
uiuemus illo. An ignoratis fres
quia quicumque baptizati sumus
in cristo iheshu in morte ipsius bap
tizati sumus. Consepulti enim su
mus cum illo per baptismum in mor
tem. ut quomodo surrexit xpus a mor
tuis per gloriam patris. ita et nos
in nouitate uite ambulemus. Si
enim complantati facti sumus simi
litudini mortis eius. simul et resur
rectionis erimus. Hoc scientes qua
ueterus homo nr̄ crucifixus est. ut de
truatur corpus peccati. ut ultra non
seruiamus peccato. Si autem mor
tui sumus cum cristo. Qui enim mor
tuus est iustificatus est a peccato. Si
autem mortui sumus cum cristo. Cre
dimus quia simul etiam uiuemus
cum cristo. Scientes quia cristus re
surgens ex mortuis iam non morit
mors illi ultra non dominabitur. Q
enim mortuus est peccato mortuus
est semel. quod autem uiuit uiuit
deo. Ita et uos existimate uos mor
tuos quidem esse peccato uiuentes